

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De exorcistis. E

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

Christus cum in medio Seniorum librum Esaiæ a-<sup>Esa. 61. 4.</sup>  
periens, distinctè ad intelligendum legit, Spiritus  
Domini super me, &c. Ex quo lectorib. datur intel-  
ligi, qui a gratia spirituali clarere debent, qui aliis  
verbū Dei annuntiant Hicordo formam & ini-  
tium à prophetis accepisse videtur: quib. dicitur,  
Clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam. <sup>Esa. 58. 1.</sup>

## De Exorcistis.

E

Tertius est ordo Exorcistarum. Exorcistæ a. ex <sup>Isidor. cap. 2.</sup>  
Græco in Latinum adjurantes vel increpates vo-<sup>lib. 7. etym.</sup>  
cantur. Inuocant n. super catechuminos, & super <sup>Raba ca. 10.</sup>  
eos, qui habet spiritum immundum, nomen Do-<sup>lib. 1. de in-</sup>  
mini adjurantes per eum, ut egrediatur ab eis. Ad <sup>stitutione</sup>  
Exorcistam pertinet exorcismos memoriter reti-  
nere, manusq; super energuminos, & catechumi-  
nos in exorcizādo imponere. Debet a habere spi-  
ritum mundum, qui spiritib. immundis imperat:  
& malignum expellere de corde suo, quē expellit  
de corpore al. eno: ne meditina quā ali facit, sibi  
non prosit & dicatur ei; Medice cura te ipsum. Hi  
cum ordinatur, accipiunt de manu Episcopi librū  
exorcismorum: & dicitur eis. Accipite, & habetote  
potestatē imponendi manus super energuminos  
vel catechuminos. Hoc officio vsus est Dominus,  
quando saliuia sua tetigit aures & linguam surdi &  
muti, dicēs: Effera, quod est Adaperne: per hoc do-<sup>Matth. 8. 4.</sup>  
cēs nos spiritualiter debere aperire aures p̄r cor-<sup>Luca 8. 4.</sup>  
diorum hominum ad intelligendū, & ora ad con-  
fendum: ut pulso dœmone, Spir. S. fas suum reci-  
piat. Hoc etiam officio vsus est Christus, cum dœ-  
moniacos multatos sanauit. Hic ordo à Salomone <sup>Iosephus cap.</sup>  
videtur descendisse: qui quendam modum exor-<sup>1. lib. 8. anti-</sup>  
cizandi inuenit, quo dœmones adjurati ex obſes-<sup>quitatum.</sup>  
sis corporibus pellebantur. Huic officio mancipa-  
ti Exorcistæ vocati sunt. De quibus Christus in <sup>Matth. 12. 2.</sup>  
Euangelio, Si ego in Beelzebub eiicio dœmonia: <sup>Luca 11. 2.</sup>  
filii vestri, scil. Exorcistæ, in quo eiiciunt?

Fff 5.

De